

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vocabularius

Nestor, Dionysius

[Venedig], 26. Juni 1488

X

[urn:nbn:de:bsz:31-299724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299724)

	Quid puer Alcanius superat & ne uescitur aura		
Marcellus	Aetherea r Vesca item uidere significat teste Marcello accium inducente dicē		
Accius	tem in Athamante. Priusq̄ infans esses facinus oculi uescuntur tui: id est uidēt.		
Horatius	Verbo uersas actiuum est uerbum. Horatius. uos exemplaria græca Nocturna	Verbo	
Boetius	uersate manu uersate diurna. Boetius. Rotam uolubili orbe uersamus. Ver	Verbor	
Cicero	for autem pro conuersor deponens est. Cicero. In quibus propter illas infas / nas substructiones facile mille hominum uersabatur.		
Virgilius	Vaccinium cum gemino e & i latino utrobique & uiola pro eodem flore usurpā	Vaccinium	
Virgilius	tur. Virgilius in buccolicis.	Viola	
Virgilius	Alba ligustra cadunt: uaccinia nigra leguntur. Idem i moreto.	Hiacynthus	
Virgilius	Fæcundisq̄ rumex malua uiolæq̄ uirebant. Hunc florem Græci hiacynthū uocāt: quo etiam uocabulo usus ē Virgilius georgicon. iiii. quom dixit. & fer rugineos hiacynthos.		
Hieronymus	Vitis cum i post t scribitur: a qua fit per diminutionem uiticula: & cum e uites ef	Vitis	
Virgilius	fertur: cuius diminutiuum erit uiticula. Hieronymus in Ioanne. Ego sum ui / tis uos palmires. Virgilius in diris. Dulci nanq̄ tumet nondum uiticula bac cho. Nam si dixisset uiticula uersus stare non posset. Nec est eadē ratio / qua re non possit poni uiticula ti syllaba producta / sicut cuticula / canicula / tegeti cula / cuniculus: quia uiticula primam producit syllabam: & ex tribus primis syllabis optime dactylus confici potest: non sic in præfatis dictionibus / qua rum prima syllaba correpta est: ut libro ultimo super regulam I c sequente breuis ostendimus.	Viticula	
		Vites	
		Vitacula	
Hesiodus	Anto cum t exili / Oceani & Tethyos filia fuit / teste Hesiodo	Xanto	
Virgilius	in Theogonia. cuius meminit Virgilius georgicorum tertio /	Xanthus	
Virgilius	x quom ait. Drymoq̄ / Xantoq̄. Xanthus cum th aspirato / fluui us fuit Troianus: de quo Virgilius libro æneidos quinto.	Xanthii	
	Hectoreos amnes / Xanthum / & Simoenta uidebo. Est & eodē		
Ptolemaeus	nomine urbs mediterranea Lyciæ / teste Ptolemæo. Xanthus item eadem lit		
Homerus	teratura / proprium fuit uiri Troiani nomen / a Diomede in bello occisi / te / ste Homero libro iliados quinto. Rursum Xanthus eadem scriptura / nomē		
Homerus	fuit cuiusdam equi Hectoris / teste Homero libro iliados octauo. Xanthii et cum th aspirato / & i latino / populi quidam sunt in Asia / teste Herodoto li / bro historiaram primo.		
Hærodotus	Xanthippus cum th aspirato / & i latino / & gemino p / proprium fuit uiri nomē:	Xanthippus	
Syllius	de quo Syllius libro secundo.	Xanthippe	
Laetius	Lædæis ueniens uictor Xanthippus Amyclis. Xanthippe eadem scriptura / uxor fuit Socratis querula / teste Laetio.		
Psalmogra phus	Elo zelas & zelor deponens usurpatur. Psalmographus. Noli	Zelo	
Hieronymus	z æmulari in malignantibus: neq̄ zelaueris facientes iniquitatē.	Zelor	
Hieronymus	Hieronymus in Zaccharia cap. primo. Zelatus sum Hierusalē /		
Hieronymus	& Sion / Zelo magno. Idem in libro tertio. regum cap. xviii.		
	Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum. Idem in Iohel cap. secundo. Zelatus ē dñs terram suam. Græci ζηλω dicunt.		
Hieronymus	Zizania cum i latino utrobique / foeminino genere / & zizanium neutro / declina / ri potest. Hieronymus. Zizaniū mixtum est tritico. Genus est hærbæ.	Zizania	
		Zizanium	
	Nestoris Dionysii Nouariensis liber septimus foeliciter incipit.		
	De propriis noibus in eus diphthongum / & in ius terminatis.		
	Propria nomina in eus diphthongum terminata / ut Theseus / Orpheus / Tydeus / Peleus / Aegeus / Perseus / suum in eu formant uocatiuum / teste Prisciano: ut Theseu / Orpheu / Ty / deu / Peleu / Aegeu / Persea. Tamen secundum analogiam (ut tradit Probus) formare possunt etiam uocatiuum in e:		
Priscianus			
Probus			